



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Ioannam Arragonam à dolore mamillæ. 239

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

238 Proximo deinde Nouēbri
matronę cuidam Isabellę, Mace-
ratenfis Antistitis propinqua, cū
iam animam ageret, nihilq; vitę
sperari posset, inopinus adstitit
IGNATIUS; eamq; breui conuali-
turam pollicitus, manu prehen-
dit, lectuloq; surgere & DEO
memores iussit gratias habere.

239 Paullò antehęc, Iunius mē-
sis Ioannę Arragonę, fœminę
Principi, propemodum funestus
fuit. Hęc Neapoli diu omnium
medicorū ingenijs fatigatis, to-
tos quatuor mēses actum egerat:
iamq; acerbissimis doloribus, in-
tumescente mamilla natura me-
deri nequibat. Igitur salubriori
consilio, iussit humanā opem va-
lere; seseq; ad IGNATIVM precan-
dum recepit. Et mox eius imagi-
ne papillis imposita, affecto cor-
pori consuluit. Quippe non dies,
non nox intercessit; cūm resedis-
setu-

se tumorem & valere mamillam
persensit. Quę anno deinde secu-
lari Romam profecta, grati ani-
mi tabulam argēteam, cum qua-
tuor cereis ad eius sepulcrum de-
posuit.

240 Item mēse Nouēbri Fran-
ciscus Blasius, vir Nolæ nobilis,
quòd præter grauissimas capitis
stomachi que iniurias, feбри pesti-
lente vreretur, metum imminen-
tis periculi medicis incussit. Quę
Zenobia Tolsia mater hortata
est, capiti ægro ipsa IGNATIA-
NI cineris iniiceret, eiusque sub-
sidiū postularet. Paruit monenti
Blasius, se que facilè omnibus
morbi incommodis exemit.

241 Lecci in prouincia Apulia,
pleuritis cum acutissimo sensu
ancillam inceserat; cui Patien-
tia nomen & liberalis apud An-
toninam Cybellam seruitus erat.
Iam propè ceu morituræ fune-